Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



plebis sue benedictus deus Off. Exultabunt sancti in gloria
letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum
Con. Ego uos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis et
fructus uester maneat Con. Justorum anime in manu dei sunt
et non tanget illos tormentum malitie uisi sunt oculis in
sapientium mori illi autem sunt in pace Lon. Dico uobis gau
dium est angelis super uno peccatore penitentiam agente Oro
Omnipotens sempiterne deus qui gloriosa bella certamina
in mortalitatis triumphos sanctis martyribus
tribuisti. da cordibus nostris digna pro eorum
commemoratione letitiam. ut quorum gaudemus ho
nore triumphis prouocemur exemplis P. Secreta
Hec hostia quesumus domine solempniter immolanda propi
tiatus commemoratione sanctorum conscientias nostras munde sempi
et protegat P. Compl. Quesumus omnipotens deus. ut qui
celestia alimenta percipimus. intercedentibus sanctis
martyribus tuis. perficiant contra omnia aduersa munimen
Inuictorum martyrum tuorum quesumus domine sup Alia collecta
plicatione placatus et uenia nobis tribue
et remedia sempiterna concede P. Secreta Suscipe do
mine quesumus munera populi tui pro martyrum festiuitate sanctorum
et suscepto corde fac nos eorum natalicia interesse P.
Compl. Celebrantes quesumus martyrum tuorum sancta pas
sione petimus. ipsorum nobis quesumus domine fiant intercessione salutaria. in quorum natalicia sunt exultantes
Memento domine Sapiencie ter impleta
custodite mandata eius. et non flectatis ab
illo ne cadatis. Si in timetis dominum credite illi: et non
euacuabitur merces uestra. Si timetis dominum spe
rate in illum. et in delectatione ueniet uobis misericordia.
Si timetis dominum diligite illum. et illuminabuntur
corda uestra. Respicite filii nationes hominum: et